

III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 84.

Ulysium-Meum.-DieMartis 5. Dec. 1809. (Neov. 17. Nov. 1809.)

A n i m a d v e r s i o n e s

de Pace perpetua.

Omnes pacem optant, et omnes quotidie extra pacem constituuntur.

Cic. de Off.

Res pulcra pax est; pacem deposcimus omnes; singuli nihilominus homines, quodlibet pene, ut dicam, animal quotidiano in bello versatur; Pisces majores, minores devorant; & ad Insectorum usque Classē continuas attritiones animadvertimus, in quibus debiliores succumbunt. In Statibus, fortes inter & imbelles homines; imo in quibusvis domibus; ipsis adeo culināis hostilitates soventur, bellis sup- pares.

Vix duo homines orbem incoluere, jam bellum aderat. Ut Cainus cum Abele egit? „pacem optamus omnes, omnes quotidie extra eam versantur” ait Romanus Orator, hominum Officia ab experientia describens.

At optabilisne perpetua pax? id, age, disquiramus! — Omne injustum intermittere obligatio Statuum est, & singulorum hominum; Pax perpetua consistit in ultronea agnitione Jurium Statuum, exacta continuaque eorum custodia. — Eam ratio præcipit, proin obligatio est. Quod vero obligationis est, he-

mini negligendum haud est — verum quid quid agitur, etiamsi officium sit, fini quoque adcommodissima ratione effectui dendum est. Jam quaeritur: quibus sub conditionibus perpetua pax optabilis videri possit; — Hominum causa pax vigere debet, perpetua igitur pax, iis finibus nequaquam adversetur oportet; quos homo in hoc mundo assequendos habet. Finis existentiae ejus, est cultura facultatum ejus 1. ad *subsistentiam per se*: 2. ad *partitionem* legi morali, qui vires suas excolendas habet, eget conveniente fini ambitu, in quo exercere, roborare, & perficere eas possit. — Nil exercitium virium turbat magis, quam metus poenae & servitutis, quippe ad exercitium hominem, ens liberum, *per se consistens* oportet. Civitas, in qua vivit libertatem, *sui consistentiam* æstinare debet; sique metu molestiae cujusdam, aut Jurium privationis solutus esse cupit, *politica forma* ita comparata sit, ne aut imperans subditis, aut hi imperanti Injuriam facere possint. Utrumque adversum Juri consilium in medium prodit, in publicam Status *organisationem* allidere, omnes injusto adversari posse debent. — In tali statu rerum homo libere & imperturbate omnia, quae *Juris permissivi* sunt, agere, cumque adversus omnem injuriam tutus sit, imperturbate excolere, & mentem perficere, & per se consistentem reddere potest — si hoc obtinet, dum perpetua pax optabilis est, non enim adversatur culturae, homo continuo se libere movere potest. — Nunquam

motivo cogitandi agendique destituitur, & occasione explorandi vires, suamque mentem declarandi. Constitutio politica libera est, ipseque id, quod illa est, fieri potest, habet patentem campum vires suas exercendi, nemo eum turbare cogitat, quod meendum habeat, molestiam aliis adferre, seque publico contemptui exponere, publicamque poenam accersere.

Dum Civitas nullam injuriam facere potest amplius, viribus occasioneque destituta, tum singulari homini exemplo servit ad bonum, hic actiones solum justas circum se videt, firmumque decretum animo fovet, a præscripto rationis non desciscendi, stimulat boni aspectus ad adpetendum, ut mali ad aver- sandam, Liberi parentum typus sunt, subditi contra, politicæ constitutionis, imperanturque suorum. Si proin eo res perducta, ut libertas jusque dominantia Statuum principia sint, eorumque interna constitutio ita comparata, ut utrique veneranda sit, tum perpetua pax optabilis est, promovet hominum Culturam, cum ii occasionem, modumque habeant, se in quibusvis, quæ juris sunt, tentandi, perfectamque in pubertatem afferendi. Ex quo consequitur perpetuam pacem plures Status supponere, quorum quivis Independentiam, & per se subsistentiam honorat; & cujusvis politicam internam formam ita comparatam esse, ut omnium jura tueatur, publicamque injustitiam ad res, quæ fieri non possunt, referri; hoc temporis articulo Euro-

mini negligendum haud est — verum quid quid agitur, etiamsi officium sit, fini quoque ad commodissima ratione effectui dandum est. Jam quaeritur: quibus sub conditionibus perpetua pax optabilis videri possit; — Hominum causa pax vigere debet, perpetua igitur pax, iis finibus nequaquam adverteur oportet; quos homo in hoc mundo assequendos habet. Finis existentiae ejus, est cultura facultatum ejus 1. ad *subsistentiam per se*: 2. ad *partitionem* legi morali, qui vires suas excolendas habet, eget conveniente fini ambitu, in quo exercere, roborare, & perficere eas possit. — Nihil exercitium virium turbat magis, quam metus poenae & servitutis, quippe ad exercitium hominem, ens liberum, *per se consistens* oportet. Civitas, in qua vivit libertatem, sui consistentiam aestimare debet; sique metu molestiae cujusdam, aut Jurium privationis solutus esse cupit, *politica forma* ita comparata sit, ne aut imperans subditis, aut hi imperanti injuriam facere possint. Ut primum adversum Juri consilium in medium prodit, in publicam Status *organisationem* allidere, omnes injusto adversari posse debent. — In tali statu rerum homo libere & imperturbate omnia, quae *Juris permissivi* sunt, agere, cumque adversus omnem injuriam tutus sit, imperturbate excolere, & mentem perficere, & per se consistentem reddere potest — si hoc obtinet, dum perpetua pax optabilis est, non enim adversatur culturae, homo continuo se libere movere potest. — Nunquam

motivo cogitandi agendique destituitur, & occasione explorandi vires, suamque mentem declarandi. Constitutio politica libera est, ipseque id, quod illa est, fieri potest, habet patentem campum vires suas exercendi, nemo eum turbare cogitat, quod in eundem habeat, molestiam aliis adferre, seque publico contemptui exponere, publicamque poenam accerere.

Dum Civitas nullam injuriam facere potest amplius, viribus occasioneque destituta, tum singulari homini exemplo servit ad bonum, hic actiones solum justas circum se videt, firmumque decretum animo fovet, a præscripto rationis non desciscendi, stimulat boni aspectus ad adpetendum, ut mali ad aver- sandum, Liberi parentum typus sunt, subditi contra, politicæ constitutionis, imperanturque suorum. Si proin eo res perducta, ut libertas jusque dominantia Statuum principia sint, eorumque interna constitutio ita comparata, ut utriusque veneranda sit, tum perpetua pax optabilis est, promovet hominum Culturam, cum illi occasionem, modumque habeant, se in quibusvis, quæ juris sunt, tentandi, perfectamque in pubertatem afferendi. Ex quo consequitur perpetuam pacem plures Status supponere, quorum quivis Independentiam, & per se subsistentiam honorat; & cujusvis politicam internam formam ita comparatam esse, ut omnium jura teneatur, publicamque injustitiam ad res, quæ fieri non possunt, referri; hoc temporis articulo Euro-

pæ illucente optabile id est, quod jam hodie est obligationis.

In quibusvis Conventis publicis gentes perpetuam pacem reciproce sibi pollicentur, conceptis his verbis: pax perpetua inter ambos vigeat — at hæc perpetuitas politico sensu, ceu officiositatis nota accipienda est. An non scribitur in litteris & non dicitur in occursum: Servus humillimus, obsequentissimus, & tamen, quid fieret, si id genus humillimus servus cubile mundare juberetur? —

At vero, nihil morantibus his animadversionibus probabilissimum videtur, pacem hodie Galliam inter & Austriam initam, Continentem diuturna quiete protecturam, qua occasione gaudium contineri nequit, quod felix adeo augurium largitur; sane notari meretur: pacem hanc effectum diuturnæ tractationis (quadrimestris enim erat) fuisse; diuturnitas, quæ antecedentibus pacis tractationibus insolita erat.

Ea etiam animadversio suapte se offert, hodiernum Ducatum Varsov. qui ita dicendo novam penitus formam politicam nactus, repente adeo prosperam adversus veteres regulares Austriacos copias resistantiam præstando fuisse; plurimæ legiones Polonicæ copiarque novæ erant, exercitationis expertes, strenuæ nihilominus Galliciam utramque invasere, & notabiles progressus fecere! — ideoque Princeps Ponyatowsky Gen. Supr. Polonici exercitus Dux, litteras admodum blandientis argumenti, & pretiosum ensam

dono in tesseram perfectissimæ adprobationis
 splendidissimi triumpho, quem, libertati afferen-
 do Ducatum Varsov. occupationeque plurimum
 provinciarum veteris & novæ Gallicæ, vin-
 dicando perantiquam armorum Polonicorum
 gloriam absque extraneo auxilio sola Polo-
 cæ gentis animositate peperit, ab Imp. Na-
 poleone percepit. — In una ensis parte lit-
 teræ contractæ Imperatoris, altera magna le-
 gionis honorariæ Stella conspicitur.

Sequelæ Tractatus Viennensis sequentes
 quoque intuitu Croatiae suppeditant animad-
 versiones: Confinium militare ab Austria ad-
 versus Turcas erectum; & duorum ultra Sæ-
 culorum experientia probatum, novissime ab
 Adria secundum Croaticos, Slavonicos, Dal-
 maticos & Transylvanicos limites extendeba-
 tur. In hoc 230 milliaria longo, noctu diu-
 que 4380 armatis custodito terræ tractu, sita
 est memorabilis regio militaris, in Genera-
 latus, legiones, Centuriasque pro magnitudine
 Districtuum divisa. Incolæ una coloni, &
 permanentes milites sunt. Omnes gerundo-
 rum armorum capaces a 14—60 ætatis anno
 faciendis stipendiis tenentur, ordine eos tan-
 gente, in confinio legionis suæ excubiis agen-
 dis, quod Turcæ a suis Magistratibus, a præ-
 dis agendis cohiberi nequeant. Pro his, Croa-
 tis cedunt fundi minores, quibus integræ fam-
 iliæ dense insident, frequenti venatu vitam
 tolerant, a tributo præstando immunes, certa
 etiam pro vestitu subsidia obtinent. Eorum
 Officiales militares juxta & civiles Magistra-

tus gerunt, sparsim per vicos suorum dege-
tes legionum. Croatiae, apud quos hæc ar-
dinatio antiquissima, originis sunt Slavicae,
plurimum Græcæ Ecclesiæ addicti, inque An-
nalibus Exercitus Austriaci ceu leves pede-
stres copiæ quovis tempore inclavere. Anim-
advertere volunt: minus illustria stipendia fe-
cisse, ex quo regularem formam, qua aliis copiis
similiores effecti, habent, — Ad præsens in
duos Generalatus distribuebantur: Carolstad-
iensem, & Vrsadinensem. Ille cessus prout
seqv. legiones: Liccana, Ottochana, Ogu-
lina, Szuinensis, legionesque in limite Bana-
tico inter Colapim & Unnam, pertinentque
ad neo ere&am provinciam Illiricum.

Quo pacatior hodie orbis redditur, eo
rariores etiam mordaces, & curiositatem ex-
citantes fiunt novitates. Parisiis de 12. No-
vemb. seqv. scribuntur:

Monitor hodiernus hæc ex Fonte bella-
queo de 11. h. memorat: Rex Westphaliæ
aliquot diebus isthic moratur. Heri, & nu-
dius tertius Venatus ferarum compulsarum,
hodie violentus ut dicitur, (par force) insti-
tuebatur, videre licet multas illustres per-
sonas ad crastinum aulicum Conventum con-
venientes. Frequentes quoque Choreæ in
majore Oeco arcis celebrandæ, & drama:
Romeo & Julia in theatro aulico producen-
dum perhibetur.

Deputatio græcæ Synodi in Dalmatia
isthic adpulit, ad tractatus homagiumque
Conventus hujus Imperatori exhibendum.

Londino die 4. Nov. Die 2. h. m. nova Ministerii membra occasione solennis accessus regi præsentata. In his animadvertere licuit Lordium *Liverpool*, qua Secretarium Status Collegii bellici, & Coloniarum; atque Lordium *Palwerston*, qua inferiorem ejusdem Collegii Secretarium Status. — Eodem die præsentarunt urbis Londin. & Universitatum Oxon. et Cambridgensis regi gratulatorias pro anno regiminis sui jubilari. Lordius Major Londin, ea occasione Baroneti, & unus seniorum Civium (Aldemannus) equitis dignitate ornatus est.

Secundum novissimos nuncios ex Hispania usque 21. Octob. princeps hospitium exercitus nostri in urbe Badajoz fuit. Major exercitus pars æque in ea regione constitit; multum morbis continuo passa.

Die 2. hujus D. Samuel Hood Portuithio in mare mediterraneum vela dedit. Incolit is Centaurum 78 tormentorum, in comitatu Warspile totidem tormentorum, militarium imperio Claviculæ linealium præfecturus dicitur, rem maritimam commerciumque, Russiæ in mari nigro infestaturus. Dux Portlandiæ his diebus mortuus est.

Monachio die 11. Nov. „Ab exercitus agmine in Cirulo Oenano stationem habente hæc nunciata: Gen. Major C. a Beckers in sua positione militari ad Steinachum, & Collo-nellus a Dallwigk ad Schönbergam, & Matrey usque 9 mane pene continuo ab Insurgentibus infestati sunt. Ex eo tempore tran-

quillitas major est. Insurgentes exorbias suas retraxerunt. Præcursoria Suae Cæsareæ Serenit. Proregis heri Sterzingenam adpulerit, & ad minimum hodie cum præcursoria Cohorte Regiarum copiarum ad Montem Brenner se conjunxerit."

Augusta 12. Nov. Celeres nuncii provinciales Vindobona Parisios, & vicissim quotidie commeant. — Præter 2—3000 militares domibus Civium illocatos priore hebdomade supra 500 Officiales, 12000 circiter gregarii plurimi ex Cæsarea Prætoriana turma numerabantur, perinde hospitiis illocati.

Sua Maj. rex Saxoniae die 13. hujus Parisios advenit.

Duo Deputati ex Tyrolit Gothenburgum advenerunt, in Angliam, opis pro libertate sua vindicanda quærendæ Causa transfretaturi. (paullo est sero)

Jucundus — hilaris.

Jucundus est: qui bene sibi esse signis luculentis, voluptatem indicantibus, declarat; hilaris, denotat pacatiorem animi statum, in quo voluptas non tantopere in corporeis motus erumpit. Vetus germanicum diverbium est: *Jucunde vixisse, hilariter vita excessisse est demoni lusum destruxisse.*" —